Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qua sunt deductus et sic Vlixes suis narrationibus finem fecit. Rex vero ydome
neus auditis verbis Vlixis ratione sue nobilitatis et eius industrie valde
compassus est ei, et ideo quamdiu placuit Vlixi in Creta morari in multa rex habun
dantia rex honorauit eundem. Demum cum Vlixi placuit a Creta recedere, Rex
donauit Vlixi duas naues necessariis omnibus bene munitas cum quibus posset in
in regnum suum commode nauigare. Donauit etiam ei dona plurima argenti et au
ri que ei possent habunde sufficere dum ad propria perueniret. Jn recessu tamen suo ro
gauit eundem ut ad Regem Antenorem se conferret qui eum videre plurimum affec
tabat. Vlixes igitur a Rege ydomeneo obtenta recedendi licentia naues ad
scendit et ad Regem Antenorem se contulit qui eum in multu ylari cum multa
iocunditate recepit cui multum grata fuit Vlixis multa facundia et nimia in
dustria sensus eius. Jbi autem Vlixes certos rumores didicit de vxore sua in
Penelope tot infestata proceribus et eius pudicitia ab eo illexa seruata Nec non
et de quibusdam aliis qui inuaxerunt terram suam et eam tenentes detinebant contra eius vo
luntatem vxoris. Jbi Thelamoniacus filius eius cognito patris aduentu accessit
ad eum qui omnes rumores quos pater dedicerat certa esse assertione firmauit.
Quare Vlixes Regem rogauit Antenorem ut eum in regnum suum associare
deberet in suorum militum comitiua. Quare Anthenor libenter annuens cum suis mi
litibus associauit eundem et eis felici nauigatione potitis in itacam peruenit. Vli
xes quod de nocte in suam applicuit Ciuitatem et depositis intra militibus de nocte
suorum proditorum domos inuadit. Vbi ipsos inueniens dormientes omnes interficiat
ita quod nullus euaxit ex eis. Adueniente vero die in sui fulgoris lucida clari
tate in suum palatium cum Rege Antenore se recepit et ibi Rege ipso cum mul
ta iocunditate recepto. O quantum festum est ylaris Penelopes in aspectu sui i
domini quem tanto videre tempore anxia proptauit. Concurrunt igitur Ciues Regem
eorum tantis temporibus expectatum cum multo gaudio videre festinant. Multi dona
ei offerunt et ensenia magna nimis et exaltatus est Vlixes multum in regno suo.
et in tantum cum Rege tractauit Antenore quod Thelamonicus Nausicam filiam
Regis Antenoris duxit vxorem. Celebrantur igitur nuptie telamonici im
multorum solempnitatibus gaudiorum. et Rex Antenor feliciter suum remeauit
in regnum. Et Vlixes in inclito statu regni sui demum sub nimia pa
cis tranquillitate quieuit. Jncipit liber xxxiiij de Pirro et eius
morte Rubrica.

Q via vero usque nunc De Pirro Achillis filio postquam a Troia reces
sit, presens storia mencionem non dixit. Nunc ad narrandum eius euentus
dirigitur stilus eius. Pirrus est ex parte patris sui habuit Regem Pe
leum Auum suum cum ex predonis peleo intende eius vxore fuisset susce
ptus et natus Achilles pater ipsius Pirri. Quem Achilles suscepit ex deidamia